Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

De sanguine Christi

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

conditiones accipe aut vij annis veniat tibi fa-
mis in regno tuo aut tribus mensibus fugies ad-
versarios tuos aut tribus diebus fiet pestilentia in
populo Et ait si famem eligo pauperum erit supplicium
Si victoriam hostium supplicium erit exercitus et
enim melius est eligam quo plaga communis Melius
est incidere etc. Misit dominus pestilentiam de mane
usque ad horam prandij et mortui sunt de populo
exercitus eciam lxx^ta milia virorum etc. etc.

Nota quod sanguis xpi est peccatoribus in remedium pe-
nitentibus in refugium pugnantibus in presidium labo-
rantibus in auxilium Quantum primo enim sanguis xpi est pecca-
toribus in remedium Inducit enim peccatores ad dolorem
contricionis ad ruborem confessionis et ad laborem
satisfactionis Et ad dolorem contricionis primo
inducit Unde canit ecclesia Emendemus in melius etc.
Et Iohannes baptista penitenciam agite a peccatis vestris ap-
propinquabit enim regnum celorum Secundo reducit nos
ad ruborem confessionis Unde Iob Terra idest
peccator ne operias sanguinem peccatum tuum per quo sang-
uis meus effusus est Vere si peccator operiat peccatum suum
sanguis xpi revelabit illud scilicet in iudicio Tercio
ammonet nos ad laborem satisfactionis Quis enim
videns filium dei pro peccatis suis mori et flagellari
renuat pro peccatis proprijs affligi in labore penitencie Secun-
do est sanguis xpi penitentibus in refugium ne
scilicet labantur in desolacione idest in desperacionem
Tercio est in pugnantibus in presidium et hoc propter tria
animat enim ad egrediendum confortat ad sustinendum
et roborat ad triumphandum Primo modo dico ani-
mat ad egrediendum Petrus xpo in carne passo
et vos eadem cogitacione armamini Est enim
naturale in homine ut aspectu sanguinis det audaciam
pugnandi Secundo confortat ad sustinendum Hebr.
Cogitate eum qui talem idest tam vilem et tam
crudelem adversus semetipsum non adversus sanctum
suum a peccatoribus sustinuit etc. etc. Narracio de morte eterna

Erat quedam mulier que sepe confitebatur sed non plene

De sanguine xpi

De illusione dyaboli